Ms. 134 b.

Judicio

a, Inductio
b, Analogia

III Consequentiæ Rationis

a, Conseq. Racionis Cathegoricæ
b, Hipothetica
c, Disjunctivæ

De Sylogismo Composito

II Doctrina Methodica

a, De definitionib. expositæ et descriptæ
b, De veritate et Criteriis veritatis
c, De Certitudine et Probabilitate
d, De Divisione
e, De Demonstratione
f, De Methodo.

Introductio

§ 1a

Logica est Scientia de Intellectu humano seu de legibus Cogitationis s.c. 1o Universalis quæ exponit leges cogitandi in genere nulla habita ratione objectorum de quibus intellectus cogitat judicat et ratiocinatur 2o Particularis quæ exponit regulas cogitandi circa objecta specialia. Universalis Logica est pariter duplex s.c. Logica universalis pura et Logica Ursalis aplicata illa exponit leges cogitandi Ursales et necessarias in genere nulla habita raone impedimentorum per quæ homines in recto cogitandi usu impediri possint: hæc considerat et impedimenta et ostendit media, per quæ illa tolli et removeri possunt. dudi in prælectio

ni

nibus.

§ 2.ª

Logica universalis pura objecta de quibus intellectus cogitat in censum haud revocat adeoq abstrahit ab omnibus objectis verum considerat id quod ad cogitandum necessario requiritur Consequenter formam solum modo cogitandi.

§ 3.ª

Logica Universalis Pura est Propedeütica seu Scientia praeparatoria quoad Scientias quaslibet Exponit enim regulas cogitandi generales, consequenter ppria cujuslibet scientiae debent esse conformia ppiis Logicis. —

§ 4.ª

Logica est Scientia stricte demonstrabilis non est Organon Scientiarum fontes enim novarum cognitionum non praebet —

Est

Est vo Canon seu norma quoad omnes scientias Veritas enim vel falsitas cujuslibet cognitionis quo ad formam non aliter dijudicari potest nisi ad ppia Logica revocando quo ad formam igitur Scientia quaelibet subjecta est Logicae

§ 5.ª

Dividi solet Logica in Naturalem et Artificialem per naturalem intelligitur habitus seu facultas naturalis recte cogitandi, judicandi et rationinandi. Per artificialem vo Scientia regularum cogitandi in abstracto. Si per Logicam intelligatur scientia ita Logica naturalis erit contradictio. Unde Logica Naturalis dici potest subjectiva, artificialis vero objectiva.

§ 6.ª

Dividi porro solet Logica in

Nopu

Popularem et Scholasticam
hæc ab illa quo ad essentiam
non differt verum tamen quo
ad Methodum tradendi. Hæc re
gulas cogitandi exponit Systhe
maticæ et terminis Phisicis
illa vo Popularitter. divisio hæc
ce non est magni momenti et
valet etiam de aliis Scienti
arum generibus.—

§ 7a

Logica est Scientia Rationa
lis. Est Scientia quia in ea lo
cum habet Methodus Systhema
tica consequenter Propositiones
in Logica contentæ habent in
terse nexum necessarium, quod
de scientiis Empiricis dicine
quit Est naturalis seu pura
regulæ enim cogitandi non
per experientiam et inductionem
sunt abstractæ et formatæ verum
fundamentum suum habet in na
tura intellectus in quantum si

ne

ne regulis intellectus nulla cogi
tatio est possibilis, neque gaude
rent ppia Logica absoluta uni
versalitate et necessitate si uni
cæ per experientiam essent forma
tæ. Est pars Philosophiæ ver
satur enim circa Conceptus non
circa constructionem quod est
objectum illat heseos Est Philoso
phia formalis agit enim de uni
versa cogitationis humanæ for
ma.

Obs a, Pura apellatur cognitio
quæ non experientia hauritur
verum ex natura intellectus
seu rationis.

b, Scientia rationalis cognitio
Systhematica quæ ex ipsa ratione
hauritur.

c, Philosophia rationalis ex
Conceptibus Mathesis e scientia
racionalis ex constructione con
ceptuum quod in prælectionibus
uberius exponetur hinc inter Phi

lo

losophiam et Mathesim discri
men essentiale datur conveni
unt vō 1º in his quod utraque
sint scientiæ 2º Scientiæ ra
tionales adeoque ppia ha
bent universalia et necessa
ria sed differunt abeo quod
omnes Mathematici conceptus
sisthi possunt in intuitu seu
construi. Conceptus vō Philo
sophici non possunt ex. gr. Con
ceptus libertatis Hinc fluit
1º In Philosophia æque certa
dari ppia ac in Mathesi est
major evidentia ac in Philosophia, quam
ad sensus revocando convincat
nos de ppiorum Mathemati
corum veritate in Philosophia
vō intuitus locum non habet
2º Nec definitiones et axio
mata dantur in Philosophia
eo sensu. quo in Mathesi ~~quod est~~
~~falsum~~ —
3º Methodus Mathematica in
Phi

Philosophia locum habere nequit
si enim locum haberet in Philoso
phia æque stricte possent demon
strari ac in Mathesi quod est falsum

§ 8ª

Objectum Logices est analysis fun
ctionum seu operationum intellec
tus hmni, resolvit enim Logica
functiones intellectus ut leges de
tegere valeat quas intellectus in
cogitando et judicando et ratioci
nando sequitur.

Fons Logices est ille intellectus
et quia Logica sua ppia ~~non ex ex~~
perientia verum ex intellectu hau
rit ea absoluta gaudent univer
salitate necessitate et certitu
dine.

§ 9ª

Logica universalis dividitur
in Analyticam et Dialeticam
seu puram et aplicatam illa
tradit regulas cogitandi in ge
ne

nere resolvando operationes in
tellectus hæc regulas quibus obser
vatis errores qui rectum intellectus
usum impediunt detegetrolli
possunt

Pars (Aplicata:) Analytica
dispercitur in Elementarem et
Methodologiam illa exponit re
gulas intellectus hæc regulas
quas intellectus sequi debet. Si
Scientiam quamlibet in Systhe
ma redigere velit ex. gr. agit
6. de recto usu Demonstrationum et
Definitionum. cet.

§ 10ª

Utilitas Studii Logici

Defectum facultatis judi et
racij Logica suplere nequit nec
didci potest sine cognitione regu
larum Logicarum rectum intel
lectus usum locum habere pon
posse nulla tamen habent commo
da studium Logices.

a, ope regularum Logicarum
dicimus Conceptus nostros in or
dinem naturalem disponere cong

Lo

Logica cognitionem nostram red
dit perfectiorem

b, Discimus quaratione Conceptus obscu
ros et confusos distinctos reddere
valeamus hæc est secunda perfectio
cognitionis nostræ

c, Veritas vel falsitas cognitioni
bus nostris innotescit si ea ad ppia
Logica revocentur, est itaque la
pis Lydius 3ª Profectio.

d, Logica præbet ppia quorum ope
judicare num Cognitio nostra sit Com
pleta v. incompleta 4 Profectio

e, Ut præcisio adsit in cogniti
onibus nostris discimus ope regu
larum Logicarum

§ 11ª

Scriptores Logici

Primi Logicam v. potius Dyalo
ticam excoluere Sophistæ, posteos
Zeno Eleates et Magarici sed ho
rum scripturæ interciderunt pri
mus in Scientiæ formam redegit

Aris

Aristoteles et apellavit Organon quinque opera. Huc referuntur s.c. opus de Cathegoriis de Hermenecitica priora et posteriora Topica et Sophistici Elenchi, Aevo medio Logica depravata est per Scholasticos Aevo recentiori multa ad Logicam pertinentia continent scripta. Carthesii Molebranci Locki et Leibnitii.

Systhema Logicum scripsere

1º Anton le grand institutio Philosophiae secundum ppia renati des cartes Londoni 1672

2º Medicina mentis auctore Tschimanser. Lipsiae 1695.

3º Ridiger usu veri et falsi Lypsiae 1722

4º Volfii Philosophia raõnalis Francofurti et Lypsiae 1728.

5º Clambergi Logica vetus et nova Amsterdami 1691.

6º

6º Antonii Genevensi elementa artis Logico criticae Neapoli 1749

7º Crusius Weg zur gevisheit und zur verlassegheit der menschlichen erkentnis Leipziigh 1747

8º Baumeister Aeroasis Logica aucta et in Sisthema redacta á Tolnere Halae 1765.

9º Renschii Systhema Logicum antiquiorum atque recentiorum editio 4ª Jenae 1760.

10º Halman Institutiones Philosophiae Vittembergae 1727

11º Lamberts Neues organon Leibzig 1764. 2 B.

12º Samuel Rajmarns Vere neftlehen Hamburg 1768.

13º Institutiones Logicae et Metaphisicae Scholae suae scripsit Uldrich Jenae 1705.

14º Huc pertinet Feders Logic und Metaphisic Platners

Apho

Aphorismenij Maas Logik
15º Jakobs Grundnis der alge
meinen Logik Halæ 1794
16º J. G. E. Kierevetter Grund
rüss einer rajnen algemeinen
Logik Berlin 1795 Angevandte
Logik Berlin 1796.

I. Pars Analytica.

Seu Pura

A Pars Elementaris.

§12.

Triplicis generis modificaõ
nes observamus in nobis seu
repræsentationes ~~sui sensula~~ sensu latiori
~~tiori~~, Sensationes appetitus
atq; aversationes modificaõnes
hæc tria supponunt princi
pia seu facultates facultatem
cognoscendi sentiendi ap
petendi atq; aversandi.

Fa.

Facultas cognoscendi tiva est
duplex sc. inferior et superior
inferior dicitur etiam sensu
alitas superior intellectus seu
facultas cogitandi, objectum Lo
gices est intellectus, cogitaõ est
illa functio seu operatio ani
mi nostri per quam variæ repræ
sentationes in conscientia unium
~~tur~~ tur.

Obs a, Distinguitur animus
ab anima per animum intelli
gitur subjectum cogitans sen
ciens et valens incognitum
et quid sit indeterminatum
per animam võ sensu Dogma
ticorum intelligitur substan
tia cogitans sentiens atq; vo
lens a corpore penitus diversa

b, Sensualitas triplici sen
su summi solet aliquando oppo
nitur intellectui et tunc in
telligitur per eam facultas cognos
citiva inferior aliquando opponi
tur

nitur facultati appetendi superiori seu rationali et tunc intelligitur per eam facultas appetendi inferiorem seu sensualis aliquando denique scilicet facultatem sentiendi

§13ª

Sensualitas est ea facultas per quam repraesentationes immediatas obtinemus de objectis externis, sensualitas praebet intuitus seu intuitiones

Intellectus est ea facultas per quam ex repraesentationibus immediatis repraesentationes mediatas formamus, mediatae hae repraesentationes mediante intuitu referuntur ad objectum et appellantur Conceptus item notiones intellectus appellantur cogitationes seu repraesentationes repraesentationum

§14ª

Discrimen inter has facultates in eo consistit 1º Quod sensualitas, sit passiva, intellectus vero principium actionum 2º Sensualitas praebet immediatas repraesentationes, intellectus vero mediatas seu conceptus hinc sensualitas est materialitas intellectui praebet materialia

§15ª

Intuitus vel intuitiones sunt repraesentationes objectorum singulares et immediatae, consequenter intuitus semper referuntur ad objecta singularia

Conceptus sunt repraesentationes mediatae quae non referuntur ad objecta singularia verum ad plura sive objecta singularia

Conceptus sunt repraesentationes mediatae quae non referuntur ad objecta singularia verum

ad

ad plura simul objecta, in quali
bet itaque conceptu plures repræ
sentationes in unam coalescunt
hinc caracter intellectus est Sy
entheses seu compositio.

§16.

Intuituitus differunta Con
ceptibus

a, Intuitus referuntur ad sin
gularia conceptus ad plura simul
objecta.

b, Diversos habent fontes

c, Intuitus criteria in se potest
continere infinite multa conce
ptus vo non potest.

d, Intuitus constituunt Basya
et fundamentum Conceptuum
(excipiuntur puri Conceptus)
Conceptus dicuntur etiam cogi
tationes, cogitamus tunc quan
do conscii sumus quarãone plu
res repræsentãones unam ef
ficiunt, in casu contrario nihil
cogitamus. ex gr. quando plæ
beus audit nomen Philosophiæ

§.

§17a

Ad Cogitandum tria requirun
tur

1o Intellectus seu objectum
cogitandi

2o Variæ repræsentationes

3o Combinatio, seu conjunctio
harum repræsentationum, in
unicam repræsentationem ut
hoc fieri possit requiritur.

1o Identitas conscientiæ,
seu subjecti cogitantis quod
si imitaretur, conjunctio vari
arum repræsentationum in
unicam fieri non posset

2o Subjectum cogitanti de
betesse singulare, seu logice
simplex, non pluralitas seu
agregatum multorum subje
ctorum cogitantium.

3o Subjectum cogitans distin
guere debet se ab objecto repræ
sentato seu cogitato — —.

Sectio Ia

De Legibus Generalibus Intellectus humani.

§18a

Leges intellectus generales dicuntur illae quae sunt ~~cogi~~ conditiones ~~[illegible]~~, omnis cogitationis h.e. sine quibus ne simplicissima quidem intellectus operatio fieri potest.

Leges hae detegi et inveniri possunt si operationes intellectus analysi resolvantur. Hac enim ratione innotescit modus, quem in conjunctione variarum repraesentationum intellectus sequitur et in cogitando, judicando et ratiocinando. Logico ergo nihil aliud est quam analysis intellectus.

Quam

Quamlibet Analysin praecessit Synthesis, si Analysis instituatur patere debet qua lege Synthesis facta fuerit.

§19

Cogitatio quaelibet est triplex, quo ad intellectum scilicet possibilis realis et necessaria h.e. variae repraesentationes vel possunt connecti in Conscientia vel non possunt (aliquid est cogitabile v. incogitabile:) vel sunt jam revera connexae (: aliquid est cogitatum:) vel debent connecti hinc emergunt quatuor v. stricte loquendo tres intellectus Leges sc Principium contradictionis, Identitatis, Rationis sufficientis, Exclusi medii.

§20.

Leges hae cognoscentur per experientiam resolvuntur enim functio

functiones intellectus et hoc modo cognoscitur modus quem intellectus, in cogitando sequitur sine cogitationibus modus cogitandi cognosci non potest.

Fundamentum vero habent non in experientia; verum in natura intellectus humani, si unice in experientia fundarentur: non gauderent absoluta universalitate, et necessitate, quae illis adhaeret, inductio eam nunquam praebet, in natura intellectus habent suum fundamentum; intellectus enim sine his legibus nullum passum facere potest h.e. nec cogitare, nec judicare, nec ratiocinare potest. Synthesis quaelibet variorum has leges supponit Demonstratione nec indigent nec possunt demonstrari 1º Non indigent demonstratione haec etiam ppia per se etiam

cla

clara, certa et indubitata sunt 2º Non possunt demonstrari si enim suprema ppia consequentes ex alia propositione non deducuntur, si demonstraretur circulus in demonstratione committeretur, quaelibet enim ppositio in demonstratione supponit jam has leges, ppia talia indemonstrabilia dantur in aliis etiam scientiis Ex gr: Mathesi Doctrina

§ 21.

Principium Cogitationis possibilis et impossibilis ppium contradictionis et identitatis.

Sensus utriusque ppii repraesentationes contradictoriae et sibi invicem repugnantes connecti in conscientia nequeunt h.e. non possunt cogitari: Repraesentationes vo convenientes et sibi invicem non repugnantes possunt connecti hoae. possunt co

gi

gitari. in primo casu una repræ
sentatio destruit alteram, con
tradictio vō vel ~~non~~ absoluta
vel relativa, in primo casu con
ceptus supra absoluti identi
ci in secundo relative v. ex par
te. Ex his duobus ppiis utrum
que potest deduci ex altero, et
ppium contradictionis ab iden
titatis, et vice versa diversis for
mulis exprimi potest ppium
contradictionis Ex. gr. nil quod
sibi contradicit cogituri po
test, multi rei competunt prædi
cata contradictoria, Logici an
ti quiores hac formula expri
munt. Impossibile est ut aliquid
simul sit, et non sit. in hac for
mula

1º Per vocabulum impossibi
le est indigitatur apodictica
certitudo hujus ppii quod su
per fluum est.

2º Ex hoc formula sequitur Con
ceptus contradictorius simul et

se

In primis casu una altera penitus in se secundo ex parte destruit tantum homini intrinseque quoque et est absoluta et relativa:

semel consistere non posse, at
successive posse; at vō ppia Logi
ca habent absolutam universa
litatem, consequenter vero Conce
ptus repugnantes nullo unquam
tempore possunt conjungi.

3º In hac formula, conditio
temporis inmiscetur, conse
quenter hinc sequeretur ppium
hoece esse verum, tantum quoad
intellectum humanum, at nos
nullum intellectum excogitare
possumus quin contrarias seque
retur leges hujus rei ne notionem
quidem habemus distinctam.

Obs. Vitium hoece inde oritur
quod juxta formulam hanc pro
positio in quo uno eodemque sub
jecto duo prædicata contradicto
ria affirmantur est semper syn
thetica h. e. prædicatum cum
subjecto non essencialiter
verum tantum contingenter
conjungitur consequenter condi

tio

ditio temporis adesse debet juxta for
mulam Logicorum recentiorem.
principium contra dictionis
exprimitur per propositionem Ana
lyticam consequenter quam primam
enunciatur prædicatum statim
intelligitur idem prædicatum
cum notione subjecti cohere
re non posse i.e. notio subje
cti immediate tolli potest.

§ 22.a

Per ppium Identitatis et con
tradictionis determinatur id
quod Logice possibile est, seu impossibile seu quod
cogitabile et incogitabile est.
Logice possibile seu cogita
bile est id quod nullam involvit
contradictionem, impossibile
id quod contradictionem involvit
de his tenenda: Id quod Lo
gice possibile non est, propterea
etiam realiter possibile ad Logicam pos
sibilitatem, requiritur sola con
tradictionis absentia, ad realem
pos

possibilitatem hoc non sufficit, à
posse ad esse consequentia non va
let, valet vō ab esse ad posse.
2.o Id quod Logice impossibile
seu incogitabile est, etiam reali
ter impossibile ex. gr. Circulus
quadratus, à non posse ad non esse
valet consequentia.

§ 23.a

Principium cogitationis realis
seu ejus quod jam cogitatum est
Ppium rationis sufficientis omne
quod cogitatum est habere debet
rationem sufficientem seu nihil
potest cogitari sine ratione suf
ficienti: ppium hocce potest sic
quoque resolvi: Conjunctio quæli
bet variorum in unitatem consci
entiæ per cogitationem producta
debet habere rationem sufficientem
ob quam varia conjungantur hoc
intelligi debet de omnibus intel
lectus operationibus sc. de for
ma

mationе Conceptuum Iudicior
et Ratiociniorum.

§ 24.

Principium seu fundamentum
Logicum differt (: rão sufficiens
ppium cognoscendi :) a causa per
illud intelligitur repræsentatio
ex qua sufficienter intelligi
potest convenientia duarum re
præsentationum. Consequen
tia est id quod ex ppiis sequitur,
causa vero est id, quo posito ali
quid necessario sequi debet. ppi
um applicatur ad cogitationes
causa ad res reales.

Hinc jam ppium rationis suf
ficientis non debet confundi
cum ppio causalitatis illud
est ppium Logicum hoc Me
taphisicum illius sensus, quid
quid cogitatur debet habere rão
nem sufficientem, cur sit cogi
tatum: hujus effectus quilibet seu
even

eventus supponit causam aliquam
quæ effectum illum produxit
De hoc ppio vide Metaphisica
hinc fluunt corollaria.

1º Si nulla adsit rão sufficiens
nihil potest cogitari, nisi quis ab
surda cogitare velit et Chimera
producere

2º Si ppium cogitatur et ad
mittitur cogitare et admittere
debet consequentia quæ ex illo
profluunt.

3º Consequentiæ cum suis ppi
is sunt connexæ consequentes:
posito ppio poni debet conse
quens et vice versa.

§ 25.

Principium cogitationis neces
sariæ seu quod necessario co
gitari debet.

Criterium est id per quod res
quælibet cogitatur est particulis
repræsentão quæ in coptu tam
quam

quam pars in toto continetur.
criterii cujuscunque potest con
trarium cogitari, hinc emergit
ppium. Ex duobus ppiis seu criteriis contra
dictoriis necessario competere
debet alterum objecto cuilibet
objecto Logico. Contradictoriae
apellantur repraesentationes,
e quibus pro posito unius destruit
alteram: ppium hocce apella
tur. Ppium exclusi medii seu
tertii inter duo criteria con
tradictoria.

Obs. 1º Principium hocce est
per se evidens et nulla demonstra
tione indiget

2º Criteria quae non sunt
vere repugnantia non sunt ha
benda pro contradictoriis. Lo
gica oppositio seu contradi
ctio emergit, si particula nega
tionis adjungatur ex gr. fini
tum et infinitum.

Corollaria 1º Ex duobus criteri
is

is contradictoriis objecto ~~quo~~
cuilibet ~~objecto~~ Logico unicum
tantum potest competere.

2º Alterutrum vero ex duobus
necessario enunciari debet.

Sectio Secunda

De diversis speciebus Repraesentationum quas intellectus praebet.

§26ª.

Operationes intellectus sensu
latiori dispertiuntur tres par
tes sc. Conceptus, Judicia et Ra
tiocinia

Repraesentatio, quae plures
subsecontinet repraesentationes,
dicitur conceptus etiam notio,
si plures conceptus inter se vel
etiam intuitus cum conceptu
conjugantur ~~[illegible]~~ oritur Judicium
si judicia inter se connectantur
et ex datis quibusdam judiciis
alia eliciuntur oritur Ratioci
nium seu consequentia

§.

§27.a

Intellectus sensu latiori dividitur.

1.o In intellectum sensu strictiori

2.o In facultatem judicandi.

3.o In facultatem ratiocinandi

Per intellectum sensu strictiori intelligitur facultas quae particularia ut universalia sistit ~~sem~~ sen per quam ex repraesentationibus inmediatis mediatae formantur seu conceptus item notiones universales. Facultas judicandi est ea per quam res particulares sub universalibus subsummuntur. Facultas ratiocinandi est ea per quam particularia ex universalibus eliciuntur.

§28.a

Tres facultates haec non operentur seorsim nec est cogitandum quod intellectus sensu strictiori

suam

suam functionem unice circa conceptus formandos, facultas judicandi circa judicia et facultas ratiocinandi circa formanda raõcinia exerceat, semper enim ad judicium formandum concurrit etiam facultas ratiocinandi, et si per operationes harum facultatum non sint innatae a se invicem ita separatae, ut Philosophus eas analysi à se invicem separat.

§29.a

Ad normam divisionis operationum intellectus superius propositae Logica Elementaris dispercitur in tres partes harum

1.a De Conceptibus

2.a De Judiciis

3.a De Ratiociniis seu consequentiis agit. — —

Ca

Caput I^um De Conceptibus.

Præmittenda

1º Quid Conceptus, quid intuitus sint, et qua ratione producta hæcce facultatis cognoscitivæ à se invicem differunt, superius expositum est.

2º In Logica respectus fit unice ad formam Conceptuum h.e. Logica agit unice de Conceptibus nulla habita ratione originis conceptuum utrum sc. illi ortis ex experientia v. ipso intellectu.

§30ª

De formatione Conceptuum

Intellectus conjungit varias repræsentationes in unicam. Variæ hæc repræsentationes dari debent, præbentur seu suppeditentur illi intellectui per sensus consequenter intellectus conceptus suos primos format

mat

mat ex intuitibus per sensus acceptis.

§31ª

Ad Conceptus formandos hæc requiruntur

1º Reflexio Logica seu comparatio quatenus intellectus confert inter se plures repræsentationes et investigat quænam criteria repræsentatio quælibet in se continent.

2º Separatio Intellectus s.c. separat Criteria in quibus comparatæ repræsentationes inter se constanter conveniunt.

3º Abstractio Intellectus abstrahit ab omnibus criteriis (omittit Criteria) in quibus comparatæ repræsentationes inter se non conveniunt.

4º Combinatio Intellectus Criteria in quibus comparatæ repræsentationes inter se constanter conveniunt connectit in unicam repræ

sen

sentationem quae conceptus apella
tur.

Obs Quod intellectus hoc modo
producat conceptus suos id non est
objectum experientiae Scimus ergo
id ex Analysi Conceptuum.

§32a

Ex Conceptibus hoc modo formatis intellectus novos forma
re valet conceptus, quod duplici
modo fit

1o Ascendendo novi noviq con
ceptus formari possunt si è con
ceptu quopiam pedetentim cri
terium aliquod omittatur ex. gr.
hoc modo potest formari conceptus
hominis animalis Corporis or
ganici entis cet hac ratione con
sequenter ascendi potest donec
tandem, e Conceptu nullum Cri
terium omitti potest et iserit
Conceptus supremus.

2o E Conceptu quodam supremo
descendendo pariter novi noviq

ge

generari possunt Conceptus si pe
detentim nova novaq adjiciuntur
Criteria Conceptibus superioribus
Conceptus hoc modo formati erunt
inferiores.

Conceptus hoc modo formati apel
lantur Conceptus dati. At intelle
ctus criteria quaedam pro arbitrio
etiam conjungere potest Conceptus
hoc modo formati apellantur Con
ceptus fictitii.

§33a

Intellectus primos suos conce
ptus format ex intuitibus immediate, adeoq mediate omnes suos
conceptus, ab illis enim abstrahit
Criteria quae in unicam repraesen
tationem connectit. Intellectus igi
tur est discursivus non intuitivus.
h.e. non intuetur ut sensus intu
entur intellectus qui sine con
cursu sensuum adeoque per se con
ceptus de abjectis formare posset es
set intuitivus sed hujus notionem dis

tin

tinctam non habemus ut quidem Neophi contendunt.

§ 34.a

De Criteriis Conceptuum

Per Criterium intelligitur repraesentatio quaelibet partialis quae in Conceptu quopiam eodem modo Continetur quemadmodum pars in toto consequenter partem efficit totius conceptus, quilibet Conceptus diversa in se continet Criteria, et plane per ea possunt Conceptus à se invicem distingui Unde hoc modo quoq possunt definiri Criteria sunt repraesentationes partiales quibus Conceptus ab aliis differt.

Obs Dantur conceptus etiam simplices in quibus nulla Criteria possunt distingui.

§ 35.a

Omnia intellectus objecta et operationes quadruplici modo possunt spectari sc. quoad quantitatem qualitatem

litatem relationem et modalitatem, Consequenter etiam Criteria Conceptuum, quaeri sc. potest quaesit extensio Criterii? quaesit ejus proprietas? quaesit relatio Criteriorum erga se invicem, quaecor relatio? ad facultatem cognoscitivam h.e. utrum Criterium necessario per intellectum cogitare debeat aut minus.—

§ 36.a

Respectu quantitatis criteria sunt propria seu peculiaria et communia Illa quae uni haec quae pluribus competunt conceptibus ex.gr. criteria Circuli simul sumpta sunt propria circulo

§ 37.a

Respectu quantitatis sunt positiva seu affirmativa et negativa illa quae positive aliquid affirmant de subjecto haec quae enunciant aliquid de subjecto

quod

quod in eo non adest consequen
ter removent aliquid ab ipso
subjecto ex. gr. Triangulum est fi
gura Circulus non est quadratus
Obs. Logica universalis materiam
conceptuum non investigat verum
tantum formam Logica negatio
cognoscitur per signum negationis
non In Logica Criterium hocce
est negativum quando illi non
praefixum est in casu contrario
est affirmativum. Huic
1º Logica negatio potest esse reve
ra affirmatio ex. gr. Anima est immor
talis.
2º Logica affirmatio se pene
gationem in se involvit ex. gr. Ho
mo est mortalis per Criteria ne
gativa conceptus nunquam po
test determinari.

§ 38ª

Respectu Relationis criteria
sunt interna vel externa illa sunt

quae

quae conceptui cui piam in se
et per se competunt, etiamsi in
nulla sint relatione cum aliis
ex gr. Ratio in conceptu homi
nis: Haec quae conceptui cui
piam ea tenus tantum tribuuntur
quatenus cum aliis in relatione
consideratur. Homo est pater Mons
Cordilleras est altior quam ~~mons~~
Mons Ilgne ~~Idame~~ Talia Criteria apellantur
Criteria relationis, vel relatio
nes comparationes gradus sem
per tales relationes exprimunt.

§ 39ª

Respectu modalitatis sunt cri
teria essentialia seu immuta
bilia v. contingentia seu muta
bilia, illa sunt quae separari a
conceptu nequeunt et quibus su
blatis Conceptus destruitur ex gr.
ratio et sensualitas in conceptu
hominis sanctitas in Dei notio
ne cet. haec sunt quae mutare pos
sunt nec tamen tollitur conce
ptus ex gr. In conceptu hominis

eru

eruditio

§ 40a.

Essentia Logica conceptus cujuspiam est complexus criteriorum essentialium per quae conceptus ab omnibus aliis distingui potest - ex. gr. Essentiam Logicam conceptus Trianguli constituunt tria latera in tribus punctis juncta et tres anguli

Criteria haec ce essentialia apellantur essentialia constitutiva quia constituunt essentiam Conceptus, Criteria interna quae ex essentialibus criteriis necessario sequuntur apellantur attributa seu essentialia consecutiva ex. gr. In Triangulo e tribus lateribus fluunt 3 anguli in homine posita ratione et libertate fluit imputatio actionum

Utraque sunt v propria v communia essentialia constitutiva

Sunt

Sunt primo propria quae uni tantum Conceptui competunt ex gr. Triangulum aequilaterum habet tria latera inter se aequalia

2o Communia quae aliis etiam competunt sub eadem specie ex gr. Quadratum habet quatuor latera inter se aequalia Essentialia etiam consecutiva

1o Propria ex gr. proprium est homini judicare ratiocinari agere cum reflexione cet

2o Communia ex. gr. Commune attributum est in homine quod sentiat vivat cet.

Obs Essentia a natura distingui debet essentia pertinet ad repraesentationem naturae ad existentiam rei cujuspiam.

§ 41a.

Criteria contingentia dispersiuntur in modos et relationes modi sunt Criteria mutabilia sed

tam

tantum interna ex gr. Quod Sempronius gaudet judicio profundo imaginatione fertili cet. relationes sunt criteria continentia externa ex gr. quod alii sint nobiles alii cives alii cobini alii regentes alii subditi cet. Tolle haec criteria a notione hominis notio tamen hominis non tollitur.

§ 42a.

Conceptus quoq; considerantur ratione quantitatis qualitatis relationis et modalitatis.—

Doctrina de Conceptibus

Sectio prima

De Quantitate Conceptuum.

§ 43a.

Quantitas Conceptus cujuslibet est duplex sc extensiva et intensiva quantitatem extensivam constituunt representationes illae quae sub conceptu figurae quadrilatera aut sub conceptu quopiam reprehenduntur Quadratum rombus romboides rectangulum cet. quantitatem intensivam constituunt representationes quae sub ipso conceptu continentur ex gr. in Conceptu Trianguli quod tria latera et tres angulos habeat.

§ 44a.

Conceptus aliquis comprehendit subsequentes representationes si ipse conceptus in his representationibus tanquam criterium continetur ex gr. Trianguli conceptus in Conceptu trianguli scaleni aequilateri. cet.

Conceptus aliquis continet in se representationes si he-

in

in ipso Conceptu tamquam Criteria seu partiales repraesentationes continiantur ex gr. Figurae conceptus continet ~~in~~ se quod sit spatium clausum

Repraesentationes quas sub se comprehendit constituunt ejus extensionem, seu sphaeram quos in se continet ejus intentionem.

Corollaria

1º Quo plures repraesentationes subse comprehendit Conceptus eo major est ejus extensio quo pauciores eo minor.

2º Quo major est extensio eo minor intensio quo major intensio eo minor extensio

I, Quantitas Extensiva Conceptuum

§45ª

Re

Respectu extensionis conceptus dividi solet in Singulares Partiares et universales Singulares v. individuales essent illi qui ad unicum tantum objectum referuntur erit intuitus Conceptus enim ad plura simul objecta refertur, ergo conceptus singulares non dantur.

Obs Nomina propria ex gr. Cajus, Sempronius, non sunt Conceptus singulares verum signa per quae individua designantur.

§46ª

Conceptus universales et particulares et quod attinet universales dicebantur qui omnes repraesentationes sphaerae cujus piam subse comprehendit Particulares sunt quae quasdam: neque divisio haec ce consistere potest nam Conceptus quilibet subse comprehendit omnes

par

partes Sphaerae suae he. omnes
repraesentationes, ergo conceptus
particulares non dantur si ipse
conceptus conferantur ~~hoc res~~
~~pectu~~ cum repraesentationi
bus sub ipso conceptu conten
tis verum omnes conceptus hoc
respectu sunt aequa universales.
Quod si vero conceptus quispi
am cum alio conferatur extensio
seu sphaera unius profecto major
esse potest quam alterius Conce
ptus enim A, sub se continere
potest Conceptum B, et prae
terea alias etiam repraesenta
tiones in hoc casu coptus majo
ris extensionis potest dici
Ursalis minoris vo extensionis
particularis.

Obs Repraesentationes sub aliquo con
ceptu contentae constituunt ejus
Sphaeram; Sphaera Concipi potest ut
totum repraesentationes sub con
ceptu

ceptu contentae ut partes sphae
rae

III Quantitas inten siva Conceptuum.

§47a.

Quantitas intensiva coptuum de
terminatur juxta multitudinem cri
teriorum quae in conceptu conti
nentur intensio eo major est quo
plures et eo minor quo pauciores
repraesentationes conceptus in
se continet.

§48a.

Respectu intensionis dividun
tur conceptus in absolute simpli
ces et compositos illi sunt qui cri
teria multa in se continent con
sequenter analysi resolvi ne
queunt ex. gr. Conceptus existen
tiae negationis realitatis sonor.
color. odor. sapor. Hi sunt quae
plu

plura in se Criteria continera
et analysi resolvi possunt in.
sub elementa analysis conti
nuari potest donec perveniatur
ad Conceptus simplices.

Sectio Secunda

De Qualitate Conceptuum

§40a

Per Qualitatem Conceptuum
intelligitur gradus conscientiæ
major, & minor, qui cum concepti
bus et eorum Criteriis conjunctus
est. Hoc id ita censum venit in
quantum simus conscii criterio
rum, quæ in conceptu quoquam
continentur; adeoque quo gradu
claritatis et Distinctionis
Conceptuum ipsum nobis re
præsentemus.

§50a

Respectu qualitatis conceptus
Divi

dividuntur in distinctos et mi
nus distinctos. Distinctique
rum Criteria vel omnia enumera
ri possunt: minus distinctique o
rum non possunt. Conceptus
dicuntur clari quia ab aliis dis
tingui possunt sed eorum crite
ria enumerare non possunt exgr.
Conceptus existentiæ et nonexis
tentiæ. Omnes simplices con
ceptus sunt clari distinctiq
#neutiquam quia eorum cri
teria recensere nequeunt Con
ceptus compositi qui sunt qui
dem criteria tamen eorum re
censere nequeunt apellantur
confusi Criteria enim eor
confundimus non distingui
mus distincte non cogita
mus.

§51a

Divisio Conceptuum quoad
quantitatem.

Obser

Obscuri, minus obscuri, distincti minus distincti. Clar, Confusi

Repraesentationes quarum nec immediate nec mediate essemus consci i non existunt, et contradictionem in se involvunt; dantur enim repraesentationes ~~pro~~ [illegible] magna, quarumquidem immediate consci i non sumus ad existentiam tamen eorum concludimus ex effectibus, quos in animis nostris producunt quorumque a deo mediate sumus consci i: repraesentationum obscurarum sphaera major est quam claros.

Existentiae obscurorum probari possunt ~~1o Pro~~

1o. Repraesentationes aliquam diu obscurae contentae ad claram conscientiam possunt elevari 2o ex effectibus ex. gr. Sympathia Antypathia 3a Ex iis explicare potes

potest ~~[illegible]~~ [illegible] ufica diversos in animis excitet effectus ex gr. Quo ad Melancholiam Tristitiam disponat. 4o Inde explicare possunt actiones quae sunt ex consuetudine 5o Humor jucundus amorosus 6o Denique judicia hominum varia quorum nullam relationem reddere valent.

(: Confer Kant in Antropologia et Reiinhard in Theologia morali :)

§ 52

Coptus obscuri in Logicam non (valent.) aut non pertinent, non enim possunt conferri cum legibus intellectus, pertinent in Antropologiam seu Phisiologiam Empiricam ubi ex iis vari Phoenomena animi homani explicantur —

§ 53a

Dis

Distinctio Conceptuum solet
dividi in Logicam et Æstheti
cam, illa in eo consistit, si cri
teria, qui in conceptu conti
nentur successive ~~et~~ numera
~~ntur~~ adeoq conceptus in sua Ele
menta resolvatur. Hæc vō in eo
consistit si in exemplo osten
datur, quid per conceptum intel
ligi debeat adeoque conceptus
sensibus subjiciuntur. Distin
ctio hæc cedicitur etiam intui
tiva illa vero Discursiva.

§ 54ª

Conceptus confusi duplicimo
do possunt reddi distincti 1º Enu
merantur criteria coordinata,
quæ simul sumpta ipsum con
ceptum constituunt
2º Enumerantur Criteria subor
dinata seu Criteria criteriorum
et analysis consequenter potest
continuari, donec pervenit ad con

ce-

ceptus simplices. Distinctio
suos habet gradus, Distinctio di
citur primi ordinis si criteria cri
teriorum et sic porro.

§ 55ª

Distinctio porr dividi potest
in Analyticam et Synthe
ticam Analytice distinctus
conceptus est, si ipse conceptus
detur et in sua elementa resolva
tur. Huic fundamento inni
titur Methodus Socratica Syn
thetice distinctus redditus,
quando cum ipso conceptu indi
cantur simul et semel etiam
ejus criteria. Hac rāone fiunt
distincti coptus Mathema
tici, coptus factici et Empi
rici.

Obs 1ª Quælibet Analysis
supponit Synthesim quamvis

nor

simus conscii, qua ratione Synthesis
haec per acta fuerit.
2º Conceptus per experientiam
formati sunt Synthetice Dis
tincti.
3º Conceptus vero a priori red
duntur per analysim distincti

§ 56ª

Utraque distinctio suos ha
bet gradus.
1º Distinctio Synthetica co
magis crescit, quo plura coor
dinata Criteria indicari pos
sunt ex. gr. De coptu aëris
et lucis. Distinctio Syntetica
auget et ampliat massam
Coonis nostrae.
2º Analytica distinctio eo
magis crescit quo plura crite
ria subordinata (crit. criterior.)
enumerantur quo major est
analytica distinctio eo ma
jor

major est profunditas Coonis
quo minor eo superficialis ma
gis. Distinctio Analytica mas
sam coonis nostrae non auget,
verum tamen illustrat, Conseq.
Coonem nostram reddit per
fectiorem.
Obs. Hoc in Metaphisica
suum habet usum.

§ 57ª

Distinctio Synthetica emergit ex
conjunctione criteriorum coordinatorum,
analytica distinctio primi gradus
producitur per facultatem judican
di, singula enim criteria cum con
ceptu tam quam subjecto connectun
tur unde totidem emergunt Judi
cia. Distinctio vero 2ª 3ª cet. gra
dus producitur per conclusionem
quod in praelectione illustrabitur
Obs. Hoc perfecte tunc demum
intelligi ~~debet~~ potest si Doctri
na Judiciorum et Conclusionum
in

intellecta fuerit

§ 58ª

Conceptus quilibet dicitur complete seu adaequate distinctus, si omnia ejus criteria non tantum primi verum etiam 2ⁱ et 3ⁱ cet ordinis nota fuerint.

Praecisio est illa perfectio quatenus nullum criterium bis occurrit adeoq criteria superflua enumerantur. Conceptus adaequate distinctus et praecisus dicitur. Definitionem vide inferius.

Sectio Tertia
De Relatione Conceptuum

§ 59ª

Relatio est praedicatum quod in se et per se rei cuipiam non competit verum tantum quatenus aliud aliquid ponitur. In relatione Conceptuum ad leges Intellectus (Logica veritas) 2º Relatio Conceptuum ad objecta quae sub Conceptibus, continentur (materialis veritas) 3º Relatio Conceptuum inter se invicem.

leges

§ 60ª

Per Logicam veritatem intelligitur, convenientia repraesentationum cum legibus intellectus, per materialem veritatem autem convenientia repraesentationum cum objectis repraesentatis. Haec in Logicam non pertinent, quae tantum formam cogitandi considerat, agendum ergo de reliquis duabus relationibus.—

§ 61ª

Conceptus quilibet Logice vel est verus, vel falsus; Logice verus, si cum legibus intellectus conveniat: consequenter criteria Contradictoria in se haud conveniat. Logice falsus si iisdem legibus repugnat adeoq criteria contradictoria in se conteni

niat. Logica veritas est conditio sine quanô veritas materialis ab ea tamen est diversa. id quod Logice est falsum nec materialiter potest esse verum, at quod Logice est verum non sequitur id etiam materialiter existere posse, nisi ex experientia, vel alio fundamento constiterit.

§ 62ª

Logica veritas, v. falsitas Conceptuum juxta leges intellectus hoc modo determinari potest.

1º Conceptus qui Criteria contradictoria in se continet, est falsus, qui criteria convenientia continet est Logice verus, cogitari potest.

2º Conceptus qui rationem sufficientem habet, est Logice verus, qui nullam rationem sufficientem habet est Logice falsus.

3º Conceptus ~~enim~~ qui ex duobus criteriis contradictoriis alterutrum

com

competit, est Logice verus; cui ex duobus neutrum v. utrumque competit est falsus ex gr. Quod Clodius certo die Romae et praesens fuerit et praesens non fuerit. Cujus jam pridem testimonio Clodius eadem hora in testamento fuerit et Romae.

§ 63ª

Conceptus quispiam est in relatione cum aliis, quando certae determinationes, in conceptu sine aliis existere nequeunt, ex gr. notio generica sine speciebus existere nequit.

Relatio inter Coptus est duplex sc. Relatio comparationis, et relatio combinationis, v. enim comparantur inter se conceptus, ut constet num sint ~~repugnantes~~ identici, diversi, ut constet num sint repugnantes, v. convenientes, adeoque in conscientia conecti, v. minus connecti possint.

§ 64ª

Relatio comparationis Coptus sunt identici, qui in conscientia coincidunt, diversi qui non coincidunt. haec identitas v. diversitas refertur v. ad intentionem v. ad extensionem coptuum. Conceptus compositi quo

ad

ad intensionem sunt identici; di
versi, qui diversa criteria in se
continent.

Identici conceptus sunt v. absolu
te v. relative identici; in 1º Casu,
eadem prorsus criteria, in secun
do tantum quaedam in se conti
nent: absolute identici dicuntur
conceptus reciproci (vekselbegri
fe) et hi possunt sibi invicem
substitui.

§ 65.ª

Duo vel plures conceptus, quoad in
tensionem absolute identici in con
scientia distingui nequeunt; con
sequenter neque cogitari possunt.
Conceptus enim absolute identici,
per nullum Criterium possunt a
se invicem distingui; conseq. neq.
possunt, ut diversi repraesentari.
tales ergo coptus revera proiis
dem haberi possunt; nulla tamen
adest rao sufficiens cur pro di
versis habeantur. —

Prin

Principium hocce dicitur ppium in
discernibilium olim habebatur pro
principio Metaphisico, et aplica
batur ad res naturales formula erat.
Non dantur duo entia perfecte
sibi similia. Inventor ejus Leibni
tius; is conceptus objectorum cum
ipsis objectis seu Phoenomenis con
fundit, duo objecta perfecte sibi
similia, quo conceptus non possunt
a se invicem distingui et quo obje
cta seu Phoenomena possunt spa
cio et tempore adeoque per intui
tum. —

confer Jakobs Metaphisica p. 387
Bendavid; 132 et Cant Kritik p. 337

§ 66.ª

Quoad extensionem Conceptus pos
sunt esse ejusdem extensionis, seu
sphaerae; possunt esse subordinati, coor
dinati. Conceptus ejusdem sphaerae
dicuntur aequivalentes conceptus re

ci

ciproci sunt ejusdem sphaerae consequenter aequivalentes, et aequivalentes semper sunt reciproci. ex. gr. Triangulum est figura habens trialatera.

§ 67.a

Conceptus qui in omnibus essentialibus criteriis inter se conveniunt, possunt sibi invicem substitui, consequenter sunt conceptus reciproci ex. gr. Figura et Spacium clausum.

§ 68.a

Conceptus porro subordinati et coordinati. subordinati dicuntur, qui in sphaera alterius, conceptus continentur. ex. gr. conceptus quadrati subordinatur coptui Figurae Quadrilaterae cet. Coordinati dicuntur qui simul sumpti sphaeram conceptus cujuspiam constituunt ex. gr. Triangulum aequilaterum scalenum cet. Conceptus subordina

ordinati relati tantum sunt identici coordinati vero se mutuo excludunt.

§ 69.a

Conceptus dicuntur superiores qui alios subse complectuntur. Inferiores qui sub aliis continentur. Superior, et inferior, est terminus relativus, idem conceptus certo respectu potest esse nunc inferior, nunc superior, hinc porro intelligi possunt sequentia.

1.o Conceptus superiores semper majorem habent sphaeram quam inferiores.

2.o Continentur coptus superiores semper in inferioribus tamquam criteria; conceptus vo inferiores continentur sub superioribus.

3.o Id quod de superioribus valet, valet etiam de inferioribus et e converso conclusio minus recta est. conceptus dicitur supremus qui sub nullo alio conceptu continetur

ipse

ipse vō plures subse comprehendit conceptus ex. gr. notio entis. ~~[illegible]~~

Conceptus infimus non datur. cui libet enim, conceptui successive plura pluraque possunt adjungi criteria, quo facto continuo novi generantur conceptus. —

§ 70.ª

Genera et species Conceptus superiores dicuntur genera inferiores vō dicuntur species. Genera possunt esse superiora et inferiora sunt quae plures, inferiores quae pauciores species subse complectuntur.

Genus et species sunt conceptus relativi, species enim aliqua diversis respectibus potest esse nunc genus, nunc species. Genus supremum dicitur illud quod non est species alterius alicujus generis. Supremum potest esse absolute v. relative Relative quando inter conceptus quosdam est supremus quo tamen superior datur. Infimum

mum genus est quod species equidem quasdam subse complectitur genera vō inferiora neutiquam.

§ 71.ª

Conceptus sunt latioris, v. angustioris extensionis illi plures hi pauciores repraesentationes subse complectuntur. Latiorem vel angustiorem extensionem habent conceptus subordinati. Hi si inter se conferantur in aperto erit quosdam ex iis esse latioris quosdam vō angustioris extensionis vel sphaerae.

§ 72.ª

Intensio conceptuum superiorum semper minor est, quam inferiorum, quo major est extensio eo minor intensio. Extensio et intensio itaque sunt semper in relatione inversa. conceptus supremus repraesentationes subse complectitur plurimas. Conceptus vō inferior

con

continet in se paucissimos.

§ 73a

Species proximae genera proxima Species remotae, genera remota, Species intermediae, genera intermedia. Species Coordinatae, Homogeneae et Heterogeneae.

Species proxima dicitur species quaelibet quae superiori cuidam conceptui immediate subordinatur ex gr. Triangulum rectangulum notione Trianguli.

Genus proximum dicitur conceptus superior cui conceptus inferior immediate subordinatur ex gr. Species Triangulorum quoad notionem figurae.

Genera remota si conceptus superiores quoad inferiores qui sub aliis mediate continentur ex gr. notio figurae est genus remotum si conferantur cum speciebus Triangulorum

Species remotae dicuntur conceptus

ptus inferiores qui sub conceptu superiori mediate continentur ex. gr. Species Triangulorum quoad notionem figurae.

Genera intermedia sunt conceptus qui inter genus supremum et infimum jacent ex. gr. inter notionem hominis et entis notiones animalis rei organicae corporis et sunt genera intermedia.

Species intermediatae sunt conceptus inter genus supremum et speciem infimam ~~genus~~ ex. gr. quae sunt species intermediae inter notionem figurae et Trianguli et optusanguli? Series haec est Figura rectilinea Triangulum obtusangulum.

Species coordinatae (consequ.) quae sub aliquo genere comprehenduntur sed sibi invicem non sub

ordinantur verum coordinantur ex gr. Species Trianguli quoad notionem Trianguli.

Homogeneae dicuntur res quae ad eandem heterogeneam res quoad diversas species pertinent.

§ 74.a

Conceptus superior sem per continetur inferioribus quis superiori coordinati sunt. Hinc genus supremum continetur in speciebus suis et species in omnibus individuis sub iisdem speciebus contentis hinc emergit corollarium. Criteria quae competunt generi competunt etiam speciebus et quae competunt speciebus ea etiam individuis omnibus sub iisdem speciebus contentis a genere ad species et a specie ad individua valet conclusio sed non é converso.

§ 75.a

Dif.

Differentia numerica Specifica Generica.

Differentia numerica seu individualis dicitur complexus criteriorum per quae individua a se invicem differunt.

Specifica complexus criteriorum per quae species à specie differt.

Generica Complexus Criteriorum per quae genus à Genere differt sub aliquo genere superiori.

§ 76.a

Conceptus coordinati qui Sphaeram conceptus cujuspiam superioris constituunt dicuntur species coordinatae ex his conceptibus ~~[illegible]~~ coordinatis neuter est superior v. inferior aeque enim subordinantur coptui cuipiam superiori conseq inter eos nulla subordinaõ habet locum

Quid

Quid discriminis sit inter conceptus disjunctos et disparis vide §84 in auctore.

§77.a

Relatio combinationis hoc respectu conceptus sunt convenientes, et repugnantes seu oppositi illi qui in conscientia conjungi possunt, ex gr. scientia et ignorantia.

§78.a

Tam convenientia quam repugnantia est duplex s.c. Logica et realis.

1.o Convenientia. Conceptus Logice convenientes sunt qui in conscientia conjungi possunt. Hic tantum forma spectatur conceptus ad materiam nullus fit respectus. Realiter conveniunt duo conceptus quando simul sumti cognitionem objecti augent amplificant hic respectus sit ad materiam cognitum

2.o

2.o Repugnantia. Logice oppositi seu contradictorii dicuntur conceptus qui combinari nequeunt adeoque neque cogitari possunt ex gr. anima est mortalis et immortalis

Realiter seu contrarie oppositi dicuntur qui simul sumpti, se mutuo et ex parte v. ex toto destruunt ex gr. habere 100 flor. et debere 100 90 tales conceptus sunt perceptum erogatum motus et motus contrarius sursum deorsum antrorsum, retrorsum cet.

De his distinctio observandum

